UNIVERSITY OF ILLINOIS
AT URBANA-CHAMPAIGN
URBANA, IL 61801

AS PART OF THE
DITTENBERGER-VAHLEN
IC 6 PRESERVATION GRAN
PROJECT

Funded by the
National Endowment for the
Humanities

copyright law of the United States (Title 17, Unite
es Code) governs the making of the photocopies
r reproductions of copyrighted material including
ign works under certain conditions. In addition, t
ed States extends protection to foreign works by
ns of various international conventions, bilateral
ements, and proclamations.

er certain conditions specified in the law, librarie
archives are authorized to furnish a photocopy o
r reproduction. One of these specified condition
the photocopy or reproduction is not to be "usec
ny purpose other than private study, scholarship
arch." If a user makes a request for purposes in
ess of "fair use," that use may be liable for copyri
ngement.

institution reserves the right to refuse to accept a
y order if, in its judgment, fulfillment of the order
ld involve violation of the copyright law.

TLE: De nominibus
uorum character est lambd
pars tertia

LACE: Regiomonti
orussorum

ck, Chr. August 1781-1860. (Christian August)
De nominibus quorum character est lambda : pars tertia /
Lobeck.
monti Borussorum : Typis Academicis Hartungianis, 1841.
; 22 cm.

eek grammar. I. Title.

age: Latin.
s): Includes bibliographical references.

nc

Technical Microfilm Data

PRECISION[SM] RESOLUTION TARGETS

A5

100 mm

1.0 mm ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz1234567890

1.5 mm ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz1234567890

2.0 mm ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz
1234567890

2.5 mm ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz
1234567890

Dissertationis
de nominibus quorum character est lambda
pars tertia

qua

orationes

ad celebrandam virorum clarississimorum

Jacobi Friderici a Rhod

et

Friderici a Groeben

memoriam

publice in auditorio maximo

die Maji XXIII. habendas

indicit

C. A. Lobeck,

P. P. O.

Regiomonti Borussorum,

typis Academicis Hartungianis.

MDCCCXLI.

1841.

§. 2. **A**rcadius p. 55. *τὰ τὸ ῑ ἐκτεταμένον ἔχοντα προπαροξύνεται εἰ μὴ ἡ τρίτη ἔχοι τὸ ᾱ οὗ προκατάρχει σύμφωνον· στρόβιλος εἶδος ὀρχήσεως, στροβιλός δὲ ἡ συστροφὴ τοῦ ἐχίνου, ἔσβιλος, ὅμιλος, πάμμιλος, ἀλλ' οὐκ ἐν συλλήψει τὰ σύμφωνα· τὸ δὲ Καδμῖλος περισπᾶται ἔχον τὸ ᾱ.* Patet igitur verbis illis *εἰ μὴ — σύμφωνον* additum fuisse cautionem, ea quae proximas consonas in diastasi habeant, proparoxytona esse ut *πάμμιλος*, hoc enim *ἔχει μὲν τὸ ᾱ προκατάρχοντος συμφώνου, ἀλλ' οὐκ ἐν συλλήψει τὰ σύμφωνα. Πάμμιλος* quod et Cram. II. 291. affertur [1]), sine dubio est nomen viri a Thucydide memorati VI. 4. nam quod hic libri aliquot *Πάμιλλος* praebent nuper receptum, in hac causa nullius momenti est. Mendoso *ἔσβιλος* simillimum reperio *σέσιλος*. De oxytono quod dicit, pertinere videtur ad adjectivum quo Jon utitur de echino *ὅς — στρόβιλος ἀμφ' ἄκανθαν εἱλίξας δέμας κεῖται* — Ath. III. 91. D. *Καδμῖλος* Eustathius 487, 38. a *Κάδμος* productum sed Schol. Lyc. 219. hoc ex illo contractum esse statuit; Lycophron utroque Mercurium significat. Festus cumeram etiam camillum dici refert eo quod sacrorum ministrum *κάσμιλον* appellabant, eique simile nomen excidisse videtur in Poll. X. 110. ubi in vasis coquinariis non memorata esset *ἡ παρὰ Ρωμαίοις καμέλλα* (sic) nisi graecanicum putasset. Quod Suidas adnotat *Κάμηλος — κάμιλος δὲ τὸ παχὺ σχοινίον*, id si longum habet iota, repugnat regulae illi de accentu nominum quae in principio alpha habent consonae subjunctum; ceterum etymon ignoratur. Apertior vero femininorum origo, quorum tria affert Arcadius *παστίλη, μαρίλη, μυστίλη*, eademque Theognostus p. 111. sed primum rectius *σπα-*

---

1) Hic in numero *τῶν πρὸ τέλους τὸν τόνον ἐχόντων* refertur *ἀνθόμιλος*, quod (nisi quis melius consulat) in *Βανδῖλος* verterim. Id enim eodem in numero reponit Theognostus p. 62.

τίλη τὸ ἀπόξυσμα τῶν δερμάτων καὶ τὸ ὑγρὸν διαχώρημα (Cram. T. II. 303.) a neutro *σκάς* (*σκῦτος*) *σκώρ* v. Parall. p. 80. *μαρίλη* a *μαίρω* unde *μαραίνω* derivatum; Photius *Μαρείνη ἡ μεμαρασμένη ὕλη καὶ μαριλευτής ὁ ἀνθρακευτής* — *Μαρίλη ὁ χνοῦς τῶν ἀνθράκων*, quod Schleusnerus vere pro *μαρείνη* reponit; nam quod Ellendtius in Lex. Soph. a *μαραίνω* putat *μαρεινός* declinatum esse adjectivum, equidem vereor ut hujus declinationis exemplum reperiri possit; *φαεινός* et *δεινός* paronyma sunt. Duo novimus herbarum nomina, unum cunila *κονίλη* — *ὅτι Κονίλος* (sic) *εὗρε τὴν βοτάνην* Sch. Nic. Th. 627. de quo aliam conjecturam feci in Parall. 406. alterum *χονδρίλη* a *χόνδρος* ductum, quod persaepe apud materiae medicae scriptores hoc modo invenitur, apud Plinium vero chondrilla et condrille lambda iterato, quod solet esse vocalis longae indicium; Theophrasto Schneiderus *χόνδρυλλα* restituit non sine codicum vestigiis, sed vellem mensura mediae poetarum testimonio confirmari posset [2]). Funditus ignotum est *ἀργίλαι τὰ ὑπόγαια οἰκήματα* Eust. ad Dion. 1166. unde nonnulli Argiletum derivatum putant iota brevi, lambda simplici, etsi veteres ab argilla repetunt cujus origo ab *ἀργός*. Dubia est scriptura *ἀργίλη περιπλάσας* Galen. de Medicc. sec. Locc. I. 2, 438. T. XII. nam alibi de Simpl. Temp. IX. 1. 168. *ἄργιλος* legitur, quamquam et proprium urbis Anth. VII. 194. virique nomen fluctutas *Ἄργειλος*, *Ἄργιλλος*. Hujus generis multa affert Arcadius p. 54. *τὰ εἰς ιλλος προπαροξύνεται Κύριλλος, Σόφιλλος, δόριλλος· τὸ δὲ ὀπίλλος παροξύνεται καὶ τὸ νεογιλλός ἔχει θηλυκόν.* Theognostus II. 62. et haec praebet et *Ἄϊλλος, Δώριλλος, Ἔπιλλος, Μέγιλλος, Πέριλλος, Πράστιλλος, Τήριλλος, ἀνάσιλλος*, quod compositum est sine dubio ut *νεογιλλός* EM. Phot. pro quo nunc in Odyssea *νεογιλός* scribitur. Cetera fere omnia andronymica sunt, notissima *Κύριλλος*, quod qui paroxytonon fecere reprehensi sunt Cram. II. 227. *Μέγιλλος* et *Σόφιλλος*, quo nomine Sophoclis patrem vocatum esse acce-

---

2) Suidae *Κοιτίλας ἐκ τοῦ κοίτη* in *κοιτίδας* mutandum.

*

pimus. Mendosum est *Σόφιλος*, quod modo pro composito *Σώφιλος* (ut *Λάφιλος* Thuc. V. 19.) subrepsit Demosth. 537, 8. Athen. III. 123. E. modo pro *Σόφιλλος* Herodian. Epim. p. 130. v. Jacobs. ad Ael. VII. 39. Kayser. ad Philostr. Soph. I. 15, 498. Meinek. Hist. Com. 425. *Ἄϊλλος* mihi ignotum; Amillus quidam nominatur Martial. VII. 62. *Τήριλλος* innotuit ex Herod. VII. 165. et nomen urbis *Γράστιλλος δ' καὶ διὰ τοῦ π γράφεται Πράστιλλος* Steph. Quae restant *δόριλλος* et *πέριλλος*, multas habent inter se similitudines et significationis et scripturae; *δόριλλος τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον ἐφ' ὕβρει τοῦ τραγῳδοποιοῦ Δορίλλου, ἢ παρὰ τὸ δέρειν* Suid. etc. Verbum hocce in obscoenum intellectum detortum esse sic ut latinum glubere satis constat v. Jacobs. Animm. ad Anall. T. IX. 445. unde pars illa *δόριλλος* vocari potuit et a parte per contumeliam homo Dorillus ut Batalus v. Meinek. Hist. 335. Sed licet etiam contrarium contendere, hoc nomen a *Δοῦρις* vel *Δόρις* (quod aliquoties in vasis pictis legitur v. Mueller. de orig. vas. p. 41) derivatum deinde ad cunnum translatum esse sicut *Ἱπποκλείδης τὸ γυναικὸς μόριον* Phot. et ad posticum *Ἀριστόδημος* et alia. Quemadmodum vero pro hoc etiam *δορίαλος* et *δορίαλλος*, sic *Περίαλος* invenitur Jambl. V. P. XVII. 74, 156. pro *Πέριλλος* vel *Περίλαος* sicut regis Spartani nomen *Χαρίλαος* sive *Χαρίλας* saepe *Χάριλλος* scribitur v. Wyttenb. ad Plut. T. I. 454. Tzschuck. ad Strab. X. 293. Coraes ad Heracl. p. 351. quam formam rejicit Blomfieldius ad Callim. Epigr. XIV. p. 147. sed tuentur metra Tzetz. Chil. VIII. 905. neque detrectat analogia; nam ut a *κύριος Κύριλλος* a *Μέγας Μέγιλλος*, *Ἥρα Ἥριλλος* Clem. Strom. II. 21, 179. etc. sic a *χαρά* vel *Χάρις Χάριλλος*, idque jam apud Herodotum legitur, nec mirum nomina diversa quidem sed tamen conjugata in eundem collata esse hominem. Neque repugnabo si quis trisyllabum ex quadrisyllabo licentius contractum dicat similiterque ex *Περίλαος*, quod apud Demosthenem legitur, *Πέριλλος*, quod Harpocr. et Suidas ex hoc ipso afferunt et Reizius ad Lucian. Phal. Pr. §. 11. dubitat an illa sit germana scriptura, *Πέ-*

ϱιλλος vero posteriores finxerint ad idioma latinum. A praepositione propagatum esse, ut περισσός, nullo ostendi potest exemplo, nam ἔπιλλος Theognosti sine dubio compositum est illud quod Lexicographi afferunt [3]). Praeterea unum novimus appellativum ὄπτιλλος, idque in obliquis solum casibus, bis acuta ultima τῶν ὀπτιλῶν — τοὺς ὀπτιλώς Phint. Stob. T. 74, 6. bis item gravata ὀπτίλους Plut. Lyc. XI. Apophth. Lac. 227. B. simplici ubique lambda ut in derivato ὀπτιλῖτις, quod perperam ὀπτιλέτις scribitur. Sed ex Hesychii glossa Ὀπτοιαλοί ὀφθαλμοί verior emergit scriptura ὄπτιλλοι conveniens boeoticae formae ὄκταλλος. Si vox esset in communem consuetudinem recepta, ὀπτίλος scribi oporteret ex antiqua regula ὅτι τὰ ὀνόματα τῶν ῥημάτων βραχύτερα Schol. Lyc. 84. [4]), quae et in nominibus primae classis obtinet αἰκάλλω αἴκαλος κόλαξ et αἰκάλη ἡ ἀπάτη, πάλλω παιπάλη v. ad Aj. v. 380. ἀτάλλω ἀταλός, ἀτασθάλλω ἀτάσθαλος, δαιδάλλω δαίδαλος, et in secundae tertiaeque ἀγγέλλω ἄγγελος, ποικίλλω ποικίλος, ναυτίλλομαι ναυτίλος, σκερβολλω σκέρβολος. Cetera quae in ῑλλος exeunt paragoga dici nequeunt βάσκιλλος κίσσα fortasse a βάσκας, δάσκιλλος piscis, φυσίκιλλος panis genus. Accentus horum omnium fixus est sed vacillat in femininis. Modo enim paroxytona sunt Αἰθίλλα Conon. XIII. 11. (omiss. in Thes.) Μυρίλλα Anacr. Od. LXII. 14. modo rectius proparoxytona Δρόσιλλα, Κύδιλλα Cram. II. 100. Λύσιλλα Arist. Thesm. 374. Λούκιλλα M. Anton. VIII. 25. cujus masculinum est Λούκιλλος et Λουκίλλιος v. Jacobs. in Catal. Poett. Epigr. p. 912. ut Μέγιλλος Μέγιλλα etc., quo accedunt urbium nomina Ἄκριλλα et Κόριλλα Latii, atque appellativa ἅμιλλα ab ἅμα propagatum ut ὅμιλος ab ὁμός, aegyptilla gemmae nomen aegyptiacae, ῥυσίλ-

---

3) Suidae glossa Πέριλος τὸ αἰδοῖον δι᾽ ἑνὸς λ̄ quo nitatur, scire vellem; ad πηρίν, περίνεον, pertinere non videtur.

4) Βαμβάλω quod Valckenarius Moscho tribuit, non est graecum. Apud Hesychium pro Βαμβάλει τρέμει Ψοφεῖ τοῖς χείλεσι, aut βαμβάλλει scribendum aut βαμβαλεῖ, et pro ἀγκύλεσθαι ἀγκύλλεσθαι, non contra.

λας τὰς ῥυτίδας Hes. a futuro ductum ut *Δέξιλλα*, *Πράξιλλα*, *Τελέσιλλα*, postremo *ἄσιλλα* et *ὤμιλλα*, quorum ortus obscurior, et pisciculi nomen *ἕρπιλλα*, quanquam in hoc libri variant. Paragoga neutrius generis non reperio praeter *πέδιλον* quod Aeoles dixerunt *πέδιλλον*. Verum ne sermo in eodem loco diutius quam satis est haereat, nunc ad vocalium quintam procedam, dilata ob certam causam quarta.

C. IV.

De terminatione *υλ ος*

Propter magnam accentus inconstantiam praesertim in trisyllabis, primo loco ponam Arcadii praecepta ex inordinatis in ordinem reducta. Pleraque igitur paroxytona sunt; primum adjectiva quorum prima longa *αἱμύλος*, *ἀγκύλος* etc. excepto uno *αἴσυλος*, quod nonnulli ex *ἀήσυλος* contractum volunt, secundo appellativa et propria, quae eam syllabam natura longam habent *κρωβύλος* [5]), *Ῥωμύλος*, exceptis paucis [6]) tertio illud genus propriorum cui prima positione longa *Δερκύλος*, *Βακχύλος*, quarto tribrevia quae neque a nominibus isosyllabis derivata sunt ut a *σταφυλή* *Στάφυλος* neque in principio iota habent ut *τίτυλος* [7]) *Ἴτυλος τὸ κύριον*. Hujus autem quarti ordinis nulla fert exempla nisi propria *Χρεμύλος καὶ Κρατύλος* seu casu seu quia nulla extant nisi oxytona [8]). Proparoxytona sunt, quorum antepenul-

5) Hoc ex Cram. I. 51. reposui pro *κρόκυλος*, sequens *ἄκρυλος* auctoritate codicis omisi a re proposita alienum.

6) *σεσημείωται τὸ αἴτυλος καὶ ὄγκυλος* scrib. *Οἴτυλος καὶ Ὤγυλος* (Steph.) nam Osanni correctiones ad Philem. p. 55. *Ἴτυλος καὶ Ὄξυλος* res ipsa respuit.

7) Hic et ap. Theogn. II. 61. *πίτυλος* substituendum vel potius *μίτυλος*· *Πίπυλος* alauda, quod Du Cangius ex Schol. MS. Theocr. X. 50. profert, recentius videtur.

8) Quod in fine legitur *καὶ τὸ Ἄγκυλος κύριον προπαροξύνεται*, mutarem in *Ἄγυλος* Jamblich. V. p. 36, 267. (523.) ab *ἄγω* derivatum (nam

tima positione producitur κόνδυλος, σφόνδυλος — τὸ δὲ Ἄξυλος καὶ Ὄξυλος τούτοις ἠκολούθησε, cujus rei rationem subdit Grammaticus in Epim. Cram. I. 51. ἐν ἀμφοτέροις τὸ ξ ὂν οὐκ ἀντιπίπτει [9]).

§. 2. Verum non minor quam accentus est derivationis varietas, non solum nominum sed etiam verborum similiter cadentium, quae mutuo inter se nentur discursu. Namque αἱμύλος aliaque adjectiva derivata sunt a verbis αἱμύλλω, ἀγκύλλω, γογγύλλω, εἰδύλλω, καμπύλλω, ὀγκύλλω, στρογγύλλω, ὀθύλλω, unde ὀθύλλετο διενοεῖτο Hes. ab ὄθομαι ductum sine ulla mutatione thematis sicut εἰδύλλω ab εἴδω vel εἶδος, ὀγκύλλω ab ὄγκος, a δέρω δέρμα δερμύλλω ἐκδέρω Suid. a σαίνω cum epenthesi labialis σαπύλλω adulor, aliaque ambage a μίω minuo μιστύλλω, nec dubie ὀκῦλαι ὀκλάσαι [10]) et ὠγύλλοντο ἐκάμπτοντο Hes. referendum est ad ἀγή quod Schol. Arat. 668. interpretatur καμπή [11]), unde canthus rotae ὤγανον et περιώγανον, cujus manifesta a περιηγής circumflexus derivatio, parique flexurae et fracturae confusione Latini anfractus dicunt pro circuitus et frangere capillum pro flectere v. Spalding. ad Quintil. I. 6,

---

Ἡγύλος paroxytonon est) si canonem integrum putarem. Sunt vero multo plura proparoxytona: ἔκυλος herbae nomen, corylus ἀπὸ τοῦ κόρυλος Priscian. I. 8, 45. (p. 561. Putsch. omiss. in Thes.) ἄμυλος quod nonnulli compositum putant, κότυλος paronymon τῆς κοτύλης, omniumque notissimum ἄκυλος cujus mentio omitti non debuit. Ac fuit fortasse proprium appellativo per omnia simile Ἄκυλος, de quo ille admonuit.

9) In hoc epimerismo, cujus caput extat in EM. et Gud. quatuor nominantur canones sed ordine perturbato multisque omissis. Ex illis οὕτω τὸ Ὄξυλος καὶ Ἄξυλος conjicias tertium fuisse hujus moduli, sed non convenit quod antecedit παρὰ τὸ δράναι δραμύλος ἐναντίον τοῖς ἀπὸ θέσει μακρᾶς ἀρχομένοις κυρίοις, nisi fuit παρὰ τὸ δρᾶξαι Δράξυλος.

10) Κλωκυδά τὸ ἐπ' ἀμφοτέροις καθῆσθαι ποσίν Hes. idem est quod ὀκλαδὸν ἧσθαι Apollon. III. 122. ab ὀκύλλω ὀκλύζω ὀκλυδά, cum metathesi et ectasi κλωκυδά.

11) Gloss. suffrago καμπή, ut nos dicimus Bug, Hinterburg. Hinc etiam suffragari et refragari.

44. et fraxare vigiliam circuire Fest. [12]). Reduplicatione creverunt *κοικύλλω τὸ περιβλέπω παρὰ τὰ κῦλα* Hes. [13]) et *μοιμύλλω*, quorum illi adnexum est proprium *Κοικυλίων* Aelian. V. H. XIII. 15. (omiss. in Thes.) ut a *καμπύλλω Καμπυλίων*, sed hoc intercedente nomine *καμπύλος*.

(Add. in I. dissert. p. 14. adn. quod ex Arcadio memoravi *πανθαλὶς ἡ θεράπαινα* scribendum est *Πανθαλίς Ἑλένης θεραπ.* ex Paus. X. 25, 2. In Theogn. p. 21. multa omissa: *κύμον περικεφαλαία πλοίου* pro *κυνῆ περικεφαλαία, κύμβη πλοῖον*, mox *κύμορον τὸ ὑπὸ τῶν κυμάτων ῥοῦγχος βαλλάντιον* pro *κυματόῤῥοον τὸν ὑπὸ τῶν κυμάτων ῥοῦν* (sic Hes.) *κυνοῦχος βαλλάντιον*, dein *κυνωτός βώλου ὄνος* pro *κυνώτας βόλου ὄνομα* ex Polluce.)

---

12) Sic Graeci quoque *κάμψαι τὴν ἄκραν*, unde Ennius sumsit campsare Leucatem; sermo vulgaris cambiare pro circare, gyrare, cambiumque h. e. versura pecuniae quae circitorum more ab uno ad alterum commeat; unde nomen mensae Girobanck (banco di giro) qua soli usi sunt Romani expertes hujus instituti, quod a schedulis cognominatum est (Zettelbanck). Quod Lindemannus ad Fest. l. c. pronunciavit illud fraxare esse germanicum fragen, joci causa dictum esse spero.

13) Hinc *κυλοιδιᾷν* h. est *ὑπώπια* sive oculos habere suggillatos, quod nomen Festus a graeco *κῦλον* (*ὑπόκοιλον, ὑποκοιλίς*) repetit. In verbo hinc composita vocalis propter accretionem corripitur, in reduplicato *κοικύλλω* propterea quod omnis fere anceps ante *λλ* brevis est.